

P. Lessius.

fertur, ut bene notat P. Fagundez *spprā* s. 8. ex P. Lessio illud deducens cum ea limitatione locuto verbis illis: *qua causa non est cur alter inimicū sit priuatus: unde iustē queri non potest sibi ab eo fieri iniuriam.* Hæc ille. Si ergo in oppositore iniquum fundamentum pro adiudicatione fuit, non iudicat probabile P. Fagundez posse Cathedram retinere: qui etiam vbi talis iniqua oppositio deest, si sententia secundum se iniqua sit, iudicat Cathedram retineri non posse ab eo, qui inquam esse cognoscit, quam ait communiter tenere Theologos, ut videri potest n. 9.

*Oppositam probabilitatem non definitam.**Munera vis nomine non venientia.**Diana.**Ex collatione validas facta ministris digno arguitur, in Beneficio.*

108 Sed non videtur resolutio opposita probabilitate penitus defituta. Tum quia Autatores, quos pro sententiâ suâ contrariâ adducit P. Fagundez, limitationem illam vniuersaliter non habent, quam ipse ex P. Lessio; & rationem etiam addunt, quæ vniuersaliter currit, licet à P. Lessio non probetur, scilicet eo ipso quod Cathedra, Beneficio, aut officio priuatus non appellauit, acquiesce sententia, & etiam transisse in rem iudicatum: iuxta Cap. Quod ad consultationem, de sent. & re iudic. 15. & Cap. Cum dilectus, de Electione 32. Tum etiam, qui multorum sententia est, quos adducit & sequitur Diana Parte 3. Tract. 5. Resolut. 34. eum, qui sine vi & fraude, sed fuatione & precibus impedit ne Cathedra conferatur digniori, sicut & Beneficium & officium quolibet, non teneri ad restitutionem. Quod autem munera collatio vis rationem non habeat aut fraudis, perspicue tradit idem Resolut. 33. 5. Verum non grauabor, cuius illa sunt verba: *Quod si impediatur ne omnia supradicta bona aliquis asequatur, non vi, fraude, mendacio &c. sed precibus, blanditiis, munieribus &c.* Vbi manifeste munera vi & fraudi contraponit. Et inferius ita scribit: *Igitur cum preees, munera, blanditia, non repugnant libertati; nullo modo infersi alicui iniuriam.* Sic ille. Iuxta quæ habetur per munera suffragatoribus collata eorum non sublatam libertatem, & ita iis non obstantibus in calu nostro validam esse electionem, cui sola vis & fraus incommodare, quo minus talis esset, potuissent. Tum item, quia pro hoc eadem militant ratio, quæ pro valore suffragiorum, vt suffragatores non teneantur ad restitutionem: si enim illi non tenentur, neque etiam qui Cathedram asecuti, quandoquidem actus validus fuit.

109 Et quidem in Beneficiis collatio est valida, facta minus digno; cum tamen sacri Canonem claram dignioribus esse conferenda, unde respectu illorum, maior videtur esse ratio, quam respectu aliorum sacerulariorum, aut etiam Ecclesiasticorum officiorum: ergo idem non improbabiliter dici poterit. Licer enim non defint Doctores, qui in hoc discrimen agnoscant, eò quod Beneficia non sunt instituta vt præmia, sed pro bono Ecclesie, cui fit satis digni ministri prouisio; cum tamen Cathedrae vt præmia literarum instituta sint. Re tamen vera discrimen dictum non videtur sufficiens, ad diuersam de eo, circa quod agimus, assertionem: quia vniuersitates primario institutæ non sunt ad præmiandum litteratos, sed pro communi utilitate, vt scilicet Doctores & Magistri in Ecclesia esse possint à quibus alii doceantur, & Ecclesia ipse ob infestis impugnatoribus defendatur: pro quo

volum est commodissimum, vt honoribus & stipendiis Professores donarentur. Quod cum certissimum sit, non videtur negari posse satis probabiliter argui ex uno ad aliud; vt scilicet quod in Beneficiis est sufficiens vt valida collatio sit, non obstante oppositione, in Cathedris etiam possit admitti.

110 Pro quo etiam facit, vt quis se ad restituendam Cathedram obligatum existimet, debere minus dignum se etiam reputare: quod quidem vix erit qui sibi persuaserit, iuxta Martialis illud:

Aurum, & opes, & rura frequens donavit amicus: Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Si ergo comparatione amici hoc accidit, quid aduersarij comparatione? Quando etiam dignitas non ex ingenio solum, sed ex pluribus aliis coalefecit. Iam ergo circa excessum, vt ille retentioni Cathedra obstet, non vertitur quæstio, sed, an exceſu etiam non existente, iniqua illa sit ob iniquum acquisitionis modum. Et vt non sit talis, qui ad restitutionem obliget, adducta probabilitate ostendunt: sicut & id, quod ex P. Thoma Sancio adduximus numer. 101. scilicet subornatum validè suffragari, dum per sententiam iure suffragij non priuatur, & ita validam esse electionem respectu eius, pro quo suffragium fertur, omnino est consequens, quia neque ille est vox passiu priuatus. Hæc vt talium conscientiis consulatur.

De Uniuersitatibus Societatis IESV.

111 Dico septim. Qui in Uniuersitatibus Societatis Gradum accipiunt, in omnibus debent Uniuersitatibus recipi, & admitti sicut alij, qui in Europæ Uniuersitatibus Gradum aſſequuntur. Id constat ex tenore Bullæ Urbani Octavi, cuius concessio perpetua est, & in Regio Indiarum Consilio registrata. In ea enim dicitur vt Gradus tales in omnibus & vbi que suffragentur, sicut alibi recepti. Præterea, Non sine iniuria dictarum Uniuersitatum videtur talis repulsa fieri, cum admittantur alij, in quibus Gradus exiguae litteraturæ argumenta communiter reputantur. Is qui Abulæ Doctoralem gradum ostendit, ad incorporationem admittitur, cum tamen nullum experimentum sufficientia præcesserit, vel omnia superficiatiter sint peracta. Ille autem repellitur, qui post experimenta omnia exactissime decurſa, Gradum est consecutus. Quis hanc non videat & miretur iniuriam? Ad quid Rex noster concessionem prædictam à Pontifice postulauit, si ita illa parvifacienda est, vt Doctores pro non Doctoribus habeantur? Non sic certè Regium Indiarum Consilium, in quo Gradus dicti magni fiunt, & eorum merito Doctores huiusmodi præferuntur. Si quis ergo humanus respectus ad hanc obſistentiam permouer, non est à reatu culpæ liber, quidquid de bona fide sit, quæ in multis non damnablem illam reddet, vt est æquum de probitate ipsorum suspicari. Vide Thomam Hurtadum Tract. 12. num. 1620. pro Uniuersitate S. Thomas Hispalensi decertante; quæ enim adducit Indicis nostris possumt applicari.

112 Dico octauo, Episcopi Indiarum nequeunt

Indiarum Episcopos non posse Gradus cursibus non perat. Ita conferre.

quæcumq; Gradus conferre iis, qui in Uniuersitatibus Societatis ordinarios minimè cursus peregerunt, qui à Pontifice pro ipsis exiguntur. Res videtur clara, quia facultas sub illa ipsis conditione de fertur: vt ex tenore concessionis apparent. Et formæ non seruatæ corrutæ actus, vt dictum alijs, & est apud Scriptores obviu. Videndi Cardinalis Tuscani Lit. F. verb. Forma. Marius Antoninus Lib. 1. Variarum Resolut. 26. numer. 3. & Lib. 2. Resolut. 11. numer. 4. & 5. & Resolut. 48. numer. 17. & Resolut. 92. numer. 4. Petrus de Luna Consilio 34. numer. 18. Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 2. Cap. 7. numer. 19. & 20. Vbi quod in dubio intelligitur esse substantialis, ita vt eius omissione actum vitetur, præsertim cum lex ex tali formâ prætendit aliquem certum finem, seu effectum, qui, si ea omittatur, non potest obtineri. Et quod forma attenditur magis quam ratio. Et Cap. 26. numer. 40. Vbi quod formæ defectus major sit quam substantia, & quod à lege requisita non potest per æquipollens adimpleri, & quod debet attendi magis quam ratio, & quod ex minimo eius defectu actus reticindatur, teu refoluatur: vbi de concessione Principis agit, & omnia prædicta multis Texibus & Auctoribus illustrat & roborat, sicut & alij passim. Videndum etiam in Politica Lib. 3. Cap. 28. pag. 448. Col. 1.

113 Id autem, quod de fine obtainendo per formæ obſeruantiam dicit, in rem præsentem apprimè eadit: Pontifex siquidem dum præcipit vt laureandi in Scholis studuerint Societatis, finem aliquem peculiarem intendit, sicut & Rex noster, qui vt ita fieret, postulauit; sicut & Societas ipsa. Non est autem difficile intellectu, quian ille fuerit: vt scilicet studentes, non solum in litteris, sed etiam in virtutibus instruantur. Quibus accedit à Pontifice etiam exigi, vt studentes talem Gradum accepunt, à Magistro studiorum Societatis approbationem habeant; vnde negotium istud arbitrio Episcoporum non relinquitur. Et ita Romæ, & Marti vistum, indebet rescriptum, Regio Indiarum Consilio id pernitus prohibente.

114 Neque opponi potest id, quod à nobis dictum paulo superius, de recipiente Gradum sine cursibus necessariis: nam aliud est tam Gradum esse validum in foro conscientiæ, aliud autem in exteriori foro posse concedi: hoc enim Doctores non dicunt, sed absolute negant. Et licet aliqui de gradibus Bachalaureatus, & alii in Artibus, dicant non esse mortale illos insufficientibus conferre; de aliis fecus affirmant, & aliquod saltem peccatum in omnibus recognoscunt, iuxta dicta numer. 89. & 90. Præterquam quod aliud est non habere sufficientiam necessariam, aliud ordinarios cursus non habere: cum defectu enim isto nullus admitti potest, quia de hoc debet certificatio Magistrorum, & informatio præcedere. Debet item examinatorum approbatio, licet illi in eo minus fideles habentur, eum, quæ est insufficientis, approbando.

115 Quod si Episcopi dicant se in hoc posse dispensare, id quidem tolerabile esset in aliquo casu, vbi merita promouendi postularent: velle autem pro libitu id passim facere, omnino alienum à ratione & iure appetit. Dispensatio enim vulnus legis est, vt dicunt Doctores, &

Theauri Indici Tom. II.

Personalis utilitas non attenditur.

HHH 2 spectant.

passim vulnerare illam quæ non videat omni esse contrarium æquitati? Sed certè neque pro casu aliquo apparer modus, quo id possit seruatæ æquitate præstari. Rogo enim cum Episcopus dispensat, & Gradum confert ei, qui nihil præter sufficientiam habet, in quâ potestate hæc faciat? Si virute Bullæ, ergo seruari debent saltem ea, quæ vt substantialia in illâ requiruntur. Illatio est evidens. Rogo iterum quænam hæc substantialia fint? Si dicatur esse solam sufficientiam, id sanè stare nequit, quia in nullâ Uniuersitate solius sufficientia ratio habetur ad Gradus conferendos, sic enim earum frequentia tolleretur, cum possent Scholastici suis in domibus, vel priuatis alijs discere, & sic ad Gradus properare. Aliiquid ergo ulterius necessarium est: nec videtur quid illud esse queat, nisi cursus & approbatio, iuxta formam in Bullâ designatam. Præterquam quod si sola sufficientia ad substantiam pertinet; ergo & ea stante, etiam sine Bullâ poterit Episcopus conferre Gradum, quia similiiter poterit in eo dispensare; cum sit eadem ratio: quod tamen dici nequit, & de quo num. 117.

Potestasem Episcopi ad id suam amplitudinem non extendere, præterim in Indijs.

116 Vnde & altera, quæ adhiberi potest, responſo conuella, si videlicet dicitur Gradum conferri, non virtute Bullæ, sed sua amplissima potestatis. Potestas siquidem Episcoporum ad conferendos Gradus non prævalet, quia id solius est Pontificia auctoritate roboretur, cum Sedes Apostolica eam sibi facultatem reseruerit. Est insuper, pro Indijs præsertim, Regia facultas necessaria: quæ necessitas ita vnu comprobata est, vt etiam facultates Pontificie, quæ pro conferendis Gradibus à Sede Apostolica emanarunt, quanum plures extant in Bullis authenticis Societatis, sine Regis consensu minimè executioni tradantur. Et quidem cum Rex ipse pro facultate ad conferendos Gradus Pontifici supplicari, id que ex Consilio Supremi Indiarum Senatus, satis aperte significat non esse in Episcopis Indiarum huiusmodi potestatem. Est insuper pro dispensatione in lego Superioris causa necessaria ad illius valorem, vt est communis Doctorum sensus, qui videri posunt apud Dianam Parte 3. Tract. 3. Resolut. 19. P. Azorium Tomo 1. Libr. 7. Cap. 18. Quæst. 6. dicentem esse omnium Iurisperitorum, & apud Dom. Barbosam circa Cap. 8. Session. 25. Concilij Trid. de Reformat. vbi pro eo habetur expressa decisio, dum sic dicitur: *Quid si virgines, in quaue ratio, & maior quædamque utilitas postulauerint cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognitæ, at summa maturitate, atque gratis, à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstatandum; aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.* Tunc sic. Ad dispensandum in calu nostro nulla est virgines iustaue ratio, aut notabilis utilitas: non ergo dispensatio valida est. Maior quam sit certa iam constat. Minor ostenditur: quia ij, qui Ordinarij auditores in scholis Societatis non fuerunt, nihil vrget vt Gradus consequantur, neque in eo est notabilis utilitas respectu Ecclesie Dei: quidquid enim post Gradum facere possunt, etiam poterunt sine illo. Quod vero ad pretensionses suas id defit, nullius consideratio: nis est ad formam à Pontifice prescriptam violandam. Non enim utilitas personalis attenditur, sed Ecclesie, nisi in iis, quæ ad anima salutem

Ex defectu causa etiæ sufficiunt nullam dispensationem.

Concilium Tridentine.

117 Non potest in hoc dispensari, ciuitate in alio gradu, & alio in alijs, dicunt non esse mortale illos insufficientibus conferre; de aliis fecus affirmant, & aliquod saltem peccatum in omnibus recognoscunt, iuxta dicta numer. 89. & 90. Præterquam quod aliud est non habere sufficientiam necessariam, aliud ordinarios cursus non habere: cum defectu enim isto nullus admitti potest, quia de hoc debet certificatio Magistrorum, & informatio præcedere. Debet item examinatorum approbatio, licet illi in eo minus fideles habentur, eum, quæ est insufficientis, approbando.

HHH 2 spectant.

spectant, iuxta communem Doctorum intelleximus apud Barbosam de Potest. Episc. Allegat. 57. num. 8. Pro quo & P. Thomas Sancius de Marien Lib. 8. Disput. 18. num. 8. & Disput. 19. num. 35.

Pro Episcopis anficiatis ipsorum sententia, & doctrina de dispensationis ratione bona fide sufficiens.

R. Azor.

Quid pro praxi a Religiosis Societatis prestandit?

Affertio vlt. Religiosos suffragari posse pro oppositoribus sua Religiosis. Et quam illarum litteraturam utilis Ecclæsa sit.

Cap. Super specula, de Magistris.

suri, ad insitiam valeant plurimos erudire. Quæ sunt verba Honorij Tertiij in Concilio Generali, & habentur in Cap. Super specula, quod est finale de Magistris, de quo & dictum alijs. Hunc ergo splendorem si Religiosi accident, honesta debet talis haberi cura, si circa Cathedræ asecuracionem modis debitum, & Religiosâ circumspetione dignis applicetur. Sic ergo qui dignum se reputat ex illis, annuentibus Prælatis, oppositionem facere potest, aliorum oppositorum merita scrupulosus non discernendo, iuxta dicta n. 110. ita & conreligiosi eodem modo se gerere possunt, quia omnes unum corpus efficiunt, & cor unum atque anima una esse debent, iuxta sui statutum perfectionem. Quæ quidem id in eis exigit, quod si desit, non sine grauissimis scandalis stare poterit. Cum ergo respectus dictus aliquid operari possit, supposita alias oppositoris dignitate, ex hoc illa accrescit, vnde vota in eum possunt sine scrupulo conuenire.

117 Erit autem minimè tolerandum, si contra iustitiam aliquid peragatur. E.g. si negotiatione pecuniaria, aut alias obtinetur, ut non matriculati, neque cursus necessarios ad gradum Baccalaureatus habentes, & penitus in facultate Cathedræ, de qua agitur, insufficientes, praeditum recipient Gradum, si fingant aliqui Sacerdotes ad qualitatem addendum, si bis suffragentur, si alij pro aliis supponantur, si sit elapsus tempus, pro quo Gradus dictus suffragandi ius tribuit, & alia, quæ ignorare nequeunt, qui mediocrem legis diuinæ notitiam naçti; quando id potius, qui inter primarios recenseri gestiunt litteratos? Videndum P. Thomas Sancius Lib. 2. Consil. mor. Cap. 1. Dub. 52. n. 5. & seqq.

118 Circa eos vero, qui ante Edicorum affixionem in Cuiitate non exiterunt, non ita videtur certum: quia Constitutione, eti id prohibeat, non videtur actum inualidare: neque circumstantia illa tanti momenti appetat, ut ad forum etiam conscientia pertingere debat, vt certum affirmari. Illud est tamen probabile, quod si alii sine requisitis per Constitutiones Gradus conferant, qui tamen sufficiens ad illum sit, suffragari potest, & iurare verbis æquiuocis, sicut de subornatis diximus numer. 101. Id quod ex P. Sancio colligo, qui Dubio citato num. 9. ait eum, qui est Auditor ordinarius, licet alia requisita non habeat, suffragium præstare posse, quia habet quod est substantiale. Atqui in casu nostro etiam habet quod substantiale est: potest ergo votum præstare,

119 Verum quidem est eundem Patrem cum aliis, quos citat num. 5. docere eum, qui cum non sit Auditor ordinarius talis facultatis, scilicet per maiorem anni partem, furtim se ingerit ad suffragandum, & sic est causa ut aliquis amittat Cathedram, teneri restituere. Quod quidem videtur intelligendum, etiam sufficiens sit, ob rationem insinuatam ab illo, quia aliter quam per ordinarios cursus non sit quis pars huius Uniuersitatis: sin minus quilibet prætergradiens, si sufficientem habeat, votum præbere poterit, si se furtim ingerat: quod constat dici non posse. Sed hoc non obstat, quia ille, qui ordinarius Auditor non est, suffragari nequit, etiam sufficiens, quia membrum Uniuersitatis non est: Atqui is,

Contra iustitiam misericordiam peragendum, ostenditur:

Et de non habentibus omnia requisita ad Gradum.

Respectu Inquisitorum metus est cadens in constantem vorum ratione illarum.

Vnde illius ratio sustinetur.

Circa Concordata.

qui Gradum cum sufficientia suscepit, & si ordinarius auditor non fuerit, membrum est Uniuersitatis; potest igitur suffragari. Est autem pro eo manifesta mens eiusdem Patris supra Dub. 57. num. 14. & 15. Vbi refoluit contra aliquos eum, qui Gradum recipit non habens cursus necessarios, scilicet iuramento, si alias sufficientiam necessariam habeat. De quo etiam diximus numer. 89. id quod huic potest intento deseruire. Et hæc occasione vigesimi primi Concordiae Capituli sint satis circa Indicas Uniuersitates, ut filum iam abruptum connectamus.

Circa Vigesimum primum Concordatorum Capitulum alia item nonnulla.

120 *Sic in illo post exposita circa prohibitionem de Gradibus Uniuersitatum:*

Ni se entremetan en cosas semejantes, ni en negocio de gobierno, que no tocan a su ministerio.

Quæ sint haec similia, in primis dicere possumus talia esse, si quando oppositiones ad Cathedras continentur, patrocinium alicuius ex oppositoribus suscipiant, vocantes eos, qui ius suffragij habent, & virgendo precibus, que in personis talibus non possunt non vim speciale habere ob metum reverentiale. Licer enim plures Doctores dicant

Preces pro vi quando habentur.

De patrocinio Comendatariorum, eorum scilicet, qui accepta à Mercatoribus pecunia, in Hispaniam se conferunt, empturi merces, & negotia alia tractaturi. Mercatores enim possunt aliquando minus quam vrgere, ut huic sibi familiaris ob amicitiam, vel alium respectum, copiam auri & argenti committant: sicut & alios, qui pro diuersis caussis copiam etiam ingentem transmittunt, ad quod sapienter Religiosi tenentur, ob varias pietatis & iustitia rationes.

Quod quidem negotium valde periculosum est, qui Comendatarij parum se

fideles exhibent, & cum subdorari hoc Mercatores non agere possint, dum ad commendationem talem compelluntur, grauibus se laetus exponunt, quod non semel experientia comprobavit.

Non audent tamen Inquisitorum petitioni resistere, quia id timent, quod de suffragatoribus pro Cathedris nuper dicebamus. Et hic quidem maior esse timor debet propter restitutio-

nus, obligatio, ad quam in Cathedris non teneri

probabile est ob fundamenta, de quibus n. 108.

& seqq. In easi autem presenti tale aliquid non appetat, quia sunt causa damni absolute, quod nullo modo rationabiliter debebat pati, qui in illud consentit, cum nulla sit inter eum & alium comparatio, sicut inter dignum & digniorum;

vnde currit communis regula in materia restitu-

tio, & lex Aquilia de domino dato. Videatur

P. Palau de Iustitia & Iure Disput. 4. de Communi-

tatione, Puncto 15. num. 10. Vbi obligationem re-

stitutionis ex vi & metu quomodo cumque con-

tingant, benè ostendit.

121 Nihilominus excusari ab illa possunt.

Primo ex bona fide, quam est credibile habere vi-

ros tantos, dum hæc gerunt. Secundo. Quia hoc multipli-

cat ex capite;

scilicet gaudent Inquisitoris sibi beneuelos reddere,

vt ipsi in eodem genere aut alio factores me-

reantur. Tertio. Quia nullus voluntati Inquisitoris obsequitur animo ipsum ad compensationem

damnorum obligandi. Quartio. Quia restitutio-

talis non est in vlo, neque quisquam de illa cogitat.

Tandem. Quia aliquando sufficiens potest

preces non inducere metum cadentem in con-

stantem

tus iudicare: Confessarij inquam in foro conscientia; & iudicis in externo, quia omnino à circumstantiis pender. Et Decisio Rota apud Dianam Parte 11. fol. 610. & seqq. vbi Professio annulatur ob metum reverentiale nepotis respectu patrui, & Doctores in patrocinium pluri- mi congeruntur. Et obseruandum Doctores, qui preces vehementes & repetitas ad metum dictum requirent, de illis loqui, quando præter earum molestiam nihil præterea timetur: vbi autem alterius damni timor accedit, reperito illa & vehementia necessaria non est, ob rationem dictam; sufficit enim serua postulatio, quam homines graves adhibere semel tantum solent, quia contra eorum auctoritatem esse videtur iterata. Videatur Basilius Legionensis Lib. 4. de impedimentis Matrimonij. Quæst. 3. Artic. 5. numer. 20. vbi sic loquitur: Es faber poco de Clerigos y Obispos, querer que se repitan los ruegos. Sic ille. Quod casui nostro venit omnino applicandum.

122 Deinde. Similia, quibus se immiscere Inquisidores prohibentur, sunt patrocinia Comendatariorum, eorum scilicet, qui accepta à Mercatoribus pecunia, in Hispaniam se conferunt, empturi merces, & negotia alia tractaturi.

Mercatores enim possunt aliquando minus quam vrgere, ut huic sibi familiaris ob amicitiam, vel alium respectum, copiam auri & argenti committant: sicut & alios, qui pro diuersis caussis copiam etiam ingentem transmittunt, ad quod sapienter Religiosi tenentur, ob varias pietatis & iustitia rationes.

Quod quidem negotium valde periculosum est, qui Comendatarij parum se fideles exhibent, & cum subdorari hoc Mercatores non agere possint, dum ad commendationem talem compelluntur, grauibus se laetus exponunt, quod non semel experientia comprobavit.

Non audent tamen Inquisitorum petitioni resistere, quia id timent, quod de suffragatoribus pro Cathedris nuper dicebamus. Et hic quidem maior esse timor debet propter restitutio-

nus, obligatio, ad quam in Cathedris non teneri

probabile est ob fundamenta, de quibus n. 108.

& seqq. In easi autem presenti tale aliquid non appetat, quia sunt causa damni absolute, quod nullo modo rationabiliter debebat pati, qui in illud consentit, cum nulla sit inter eum & alium comparatio, sicut inter dignum & digniorum;

vnde currit communis regula in materia restitu-

tio, & lex Aquilia de domino dato. Videatur

P. Palau de Iustitia & Iure Disput. 4. de Communi-

tatione, Puncto 15. num. 10. Vbi obligationem re-

stitutionis ex vi & metu quomodo cumque con-

tingant, benè ostendit.